Fragmentarium

ribiles aſpectu ſtantes ſuper
fornacē; Ego autē inſpiciens
deorſum. uideo matrē meam
in fornace uſq; ad collū dimi
ſam. ⁊ ſtridentem dentibus
et igne ardentem: ⁊ nimium
multum fieri fetorē; Uidens
autem me illa cū ululatu
clamabat: filiam me uocans;
Heu me filia de ꝓpriis opib;
hec patior. quia quaſi deli
ramenta michi uidebantur uni
uerſa. que de ſobrietate erāt;
Opa autē fornicationis ⁊ ad
ulterii: non michi credebantur
eē tormenta; Ebrietatē uero
et luxuriam: non arbitrabar
eē tormenta ⁊ penas; Et ecce
ꝓpter paruam libidinē. quantū
recipio cruciatum. ⁊ ſuſtineo
penas; Ecce ꝓpter exiguas de
licias. quanta exoluo tormēta;
Ecce ꝓ contemptu dī. quales re
cipio mercedes; Apprehenderūt
enim me uniuerſa immobili
a mala; Nunc tempus auxilii
filia nunc recordare nutrimentorum
que a me conſecuta es nūc re
retribue beneficiū ſiquid boni
aliquando a me accepiſti;
Miſerere mei inquit: quia

ardeo in igne et ab ipſo con
ſumor; Miſerere mei que in
huiuſmodi cruciatib; exami
nor; Miſerere michi filia: ⁊ porri
gens manū tuam educ me
de hoc loco; Me autē recu
ſante hoc facere ꝓpter eos
qui ibi aſtabant. rurſus cū
lacrimis illa clamabat; Filia
mea adiuua me: ⁊ noli deſ
picere fletum ꝓprie matris
tue; Memento doloris mei in
die qua parturiui te: ⁊ ne
me deſpicias: quia inge
henna ignis depereo; Ego
autē aduocē ei in lacrimis
commota: humanū aliquid
patiebar; Et cepi cū clamore
condolens ei ingemiſcere; Ex
urgentes autē hi qui erant
mecum in domo: ⁊ accenden
tes lumen cauſam mugitus
mei interrogabant me; Ego
autē narraui eis ea que uide
ram: ⁊ ſic iam unum hoc de
libaui ut patris mei ſequerer
uitam: certa facta per inenar
rabilē miſericordiam dī que pene
repoſite ſunt his. qui maligne
uiuere uolunt; Talia ſiqui
dem illa beata uirgo ex ipſa

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.21, 2r – Hugo Farsitus: De miraculis beatae Mariae in urbe Suessionensi; Vitae patrum VI [= Verba seniorum] (https://fragmentarium.ms/view/page/F-7zbu/5186/49550)